

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Superbia c  
cum uariis

Audeo dicere superbis esse utile cadere in aliquod apertum et manifestum peccatum, unde sibi displiceant qui iam sibi placendo ceciderant. Salubrius enim Petrus displicuit quando fleuit quam sibi placuit quando presumpsit. Hoc dicet et sacer Psalmus: imple facies eorum ignominia et querent nomen et cetera.

Augustinus de ciuitate Dei libro XIII.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

dicet] docet (*cor. in marg. ab alia manu*) M, dicit P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; et querent nomen *om.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; libro] II *add. (del. sub lin.)* C